



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorum Qvoque Sacerdotum infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1681**

Membrum 12. De ordine Missæ à Presbyteris ordinandis observando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

MEMBRUM XII.

DE ORDINE MISSÆ A PRESBYTERIS  
ORDINANDIS OBSERVANDO.

Cum in Ordinatione Presbyterorum præcipuè ab illis requiratur, ut cum ipso Episcopo omnia, quæ ab Offertorio dici solent in Missa, cum ipso recitent; ipsi verò Ordinandi Missalia plerumque ad manus non habeant, ut priùs relegere possint Ordinem Missæ; aut in ipso etiam actu Consecrationis sæpe difficultatem experiantur, si duo aut tres simul ex Missali Canonem legere debeant, ideo ut quilibet Ordinem Missæ pro se habeat, placet eundem, quantum pro hoc fine necesse est, nempe ab Offertorio, cum Orationibus secretis & Postcommunionibus, quæ Ordinario Consecrationum tempore usurpantur, huc apponere. Quòd si quis extraordinario tempore consecretur, facillè poterit Secreta & Postcommunionem ex Missali legere, aut eandem descriptas huic libello inserere.

II. Itaque postquam ab Episcopo potestatem consecrandi acceperunt, & candelas suas eidem post Offertorium obtulerunt, deinceps cum ipso omnia dicunt, quæ in Ordine Missæ dicuntur, incipiendo sequenti Oratione:

*Suscipe, sancte Pater, omnipotens aeternæ DEUS, hanc immaculatam Hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi DEO meo, vivo, & vero, pro innumerabilibus & offensionibus, & negligentis meis, & pro omnibus circumstantibus, sed & pro omnibus fidelibus Christianis vivis, atque defunctis, ut mihi & illis propicius ad salutem in vitam æternam. Amen.*

DEUS, qui humane substantia dignitatem mirabiliter  
Instruct. IX. E liter

liter condidisti, & mirabilius reformasti : da nobis  
hujus aqua & vini Mysterium, ejus Divinitatis esse  
scortes, qui humanitatis nostra fieri dignatus est particeps  
JESUS Christus, Filius tuus Dominus noster : Qui  
cum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti DEUS  
Per omnia secula seculorum. Amen.

Offerimus tibi, Domine, Calicem salutaris, tuam  
precantes clementiam : ut in conspectu Divinae Majestatis  
tua pro nostra, & totius mundi salute, cum odore suavitatis  
ascendat. Amen.

In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipimur  
a te, Domine : & sic fiat Sacrificium nostrum  
in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi Domine DEUS.

Veni Sanctificator omnipotens aeternae DEUS, &  
ne dic hoc Sacrificium tuo sancto Nomini preparatum

Lavabo inter innocentes manus meas : & circumdabo  
Altare tuum Domine.

Ut audiam vocem laudis, & enarrem universa  
mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuae : & locum habitacionis  
gloriae tuae.

Ne perdas cum impiis animam meam : & cum  
sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt : dextera eorum  
repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum : redemptus  
me, & miserere mei.

Pes meus stetit in directo : in Ecclesiis benedixit  
Domine.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in  
saeculorum. Amen.

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, tibi offerimus ob memoriam Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis IESU Christi Domini nostri: & in honore B. Mariae semper Virginis, & beati Joannis Baptista, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli; & istorum, & omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: & illi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam agimus in terris. Per Christum Dominum &c.

Orate Fratres: ut meum ac vestrum Sacrificium, acceptabile fiat apud DEUM Patrem omnipotentem.

Minister: Suscipiat &c.

Sacerdos: Amen.

Per Dominum nostrum IESUM Christum filium unicum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti DEUS. Per omnia secula seculorum.

Dominus vobiscum.

Sursum corda.

Gratias agamus Domino DEO nostro:

Verè dignum & iustum est, &c.

Sanctus, sanctus, sanctus Dominus DEUS Sabaoth.

Pleni sunt caeli & terra gloria tua, Osanna in excelsis.

Benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis.

Te igitur, Clementissime Pater, per IESUM Christum filium tuum, Dominum nostrum supplices rogamus,

ut accepta habeas & benedicas haec dona,

haec munera, haec sancta Sacrificia illibata.

In primis, quae tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta

Catholica, quam pacificare, custodire, adunare, & regere

augneris toto orbe terrarum una cum famulo tuo Papa

nostro N. & Antistite nostro N. & omnibus Orthodoxis  
atque Catholica & Apostolica Fidei cultoribus.

Memento Domine famulorum, famularumque  
rum, & omnium circumstantium, quorum tibi fides  
gnita est, & nota devotio, pro quibus tibi offerimus:  
qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, pro se, suis  
omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro  
salutis & incolunitatis suae: tibi que reddunt vota sua  
terno DEO, vivo & vero, communicantes, & me-  
riam venerantes, imprimis gloriosa semper Virginis  
ria, Genitricis DEI, & Domini nostri IESU Christi  
sed & beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum  
tri & Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thoma, Jacobi  
Philippi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis & Thome  
Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Lufian-  
rentii, Chrysogoni, Joannis & Pauli, Cosma & Damiani,  
ni, & omnium Sanctorum tuorum: quorum meritis  
cibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuae mun-  
mur auxilio. Per eundem Christum &c.

Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed &  
ete familiae tuae, qua sumus Domine, ut placatus accipias  
diesque nostros in tua pace disponas, atque ab  
damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeat  
ge numerari. Per Christum Dominum nostrum.

Quam oblationem tu DEUS in omnibus  
bene & dictam, adscrip- tam, rati- tam, rationali-  
acceptabilemque facere digneris, ut nobis Cor-  
Sanctus fiat dilectissimi Filii tui, Domini nostri  
Christi, qui pridie, quam pateretur, accepit panem  
sanctas ac venerabiles manus suas, & elevatis oculis  
celum ad te, DEUM Patrem suum omnipotentem  
tibi gratias agens bene & dixit, fregit, deditque

illis suis, dicens: Accipite & manducate ex hoc  
 panem, Hoc est enim Corpus meum.

Accipiens & hunc præclarum Calicem, in sanctas ac  
 venerabiles manus suas, item tibi gratias agens, bene  
 dixit, deditque Discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite  
 ex eo omnes, Hic est enim Calix Sanguinis mei novi  
 & æterni Testamenti: Mysterium fidei: qui pro vobis,  
 & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.  
 Hac quotiescunque feceritis, in mei memoriam fa-  
 cietis.

Unde & memores, Domine, nos servi tui, sed & plebs  
 sancta, ejusdem Christi filii tui Domini nostri, tam  
 in beatæ Passionis, nec non & ab inferis Resurrectionis, sed  
 & in calos gloriosæ Ascensionis, offerimus præclaræ Ma-  
 jestati tuæ de tuis donis ac datis Hostiam puram, Ho-  
 stiam sanctam, Hostiam immaculatam. Panem  
 sanctum vitæ æternæ, & Calicem salutis perpetuæ,  
 supra qua propitio ac sereno vultu respicere digneris: &  
 accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera  
 pueri tui iusti Abel, & Sacrificium Patriarchæ nostræ  
 Abrahamæ: & quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus  
 Melchisedech, sanctum Sacrificium, immaculatam Ho-  
 stiam.

Supplices te rogamus, omnipotens DEUS, jube hæc  
 offerri per manus sancti Angeli tui in sublime Altare  
 tuum, in conspectu Divinæ Majestatis tuæ: ut quotquot  
 ex hac Altaris participatione Sacrosanctum Filii tui Cor-  
 pus, & Sanguinem sumpserimus, omni benedictione  
 celesti & gratiâ repleamur. Per eundem Christum Do-  
 minum nostrum. Amen.

Memento etiam Domine famulorum, famularumque  
 tuarum N. & N. qui nos precesserunt cum signo fidei, &

dormiunt in somno pacis. Ipsi, Domine, & omnes  
in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis & pa-  
ut indulgeas, deprecamur. Per eundem &c.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multa  
dine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam  
& societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apo-  
& Martyribus: cum Joanne, Stephano, Matthia, Bar-  
ba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felice,  
Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia,  
& omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos confortium  
non estimator meriti, sed venia quasumus largiri  
mitte. Per Christum Dominum nostrum, per quem  
omnia, Domine, semper bona creas, sancti ✠ ficas, ✠  
✠ ficas, bene ✠ dicis, & prestas nobis. Per ip-  
& cum ip- ✠ so, & in ip- ✠ so, est tibi DEO Pater  
omnipotenti, in unitate Spiritus ✠ sancti, omnia  
& gloria. Per omnia secula seculorum.

Oremus. Præceptis salutaribus moniti, & divini  
stitutione formati audemus dicere: Pater noster,  
Et ne nos inducas in tentationem.

Minister: Sed libera nos à malo.

Amen.

Libera nos, quasumus Domine, ab omnibus  
præteritis, presentibus, & futuris: & intercedente  
& gloriosa Virgine DEI Genitrice Maria, cum  
Apostolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea, & omni-  
Sanctis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope  
sericordiae tuae adjuti, & à peccato simus semper liberi  
ab omni perturbatione securi. Per eundem Dominum  
nostrum IESUM Christum filium tuum, qui  
vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti DEUS:  
omnia secula seculorum. R. Amen.

Pax ✠ Domini sit ✠ semper vo ✠ biscum.

Minister : Et cum spiritu tuo.

Hac communctio & consecratio Corporis & Sanguinis Domini nostri IESU Christi, fiat accipientibus nobis in vitam aeternam. Amen.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Dona nobis pacem.

Domine IESU Christe, qui dixisti Apostolis tuis : pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis : ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesie tuae, eamque secundum voluntatem tuam pacificare & coadunare digneris. Qui vivis & regnas DEUS, per omnia secula seculorum. Amen.

Domine IESU Christe, Fili DEI vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto per mortem tuam mundum vivificasti : libera me per hoc Sacrosanctum Corpus, & Sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & universis malis : & fac me tuis semper inhaerere mandatis, & à te nunquam separari permittas : qui cum eodem DEO Patre & Spiritu sancto vivis & regnas DEUS in secula seculorum. Amen.

Perceptio Corporis tui, Domine IESU Christe, quod ego indignus sumere praesumo, non mihi proveniat in iudicium, & condemnationem : sed pro tua pietate prosumo mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui vivis & regnas cum DEO Patre, in unitate Spiritus sancti DEUS, per omnia secula seculorum. Amen.

Panem caelestem accipiam, & nomen Domini invocabo.



*Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum  
sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.*

*Domine, non sum dignus, &c.*

*Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum  
sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.*

*Corpus Domini nostri IESU Christi, custodiat  
manum meam in vitam eternam. Amen.*

## CAPVT II.

DE PRÆSTANTIA  
SACERDOTII.

**D**uplici plerumque ex capite colligi potest præstantia alicujus rei. 1. Ex ipsa intrinseca rei natura seu essentia. 2. Ex virorum prudentium & peritorum testimonio. utroque hoc capite etiam hoc loco præstantia Sacerdotii demonstrabitur.

## §. I.

## De intrinseca Præstantia Sacerdotii.

**I.** Experientia quotidiana docet, tantò præstantiora plerumque inter Homines officia, statúsque censeri, quam amplior illis potestas conceditur; hinc Archiepiscopus Episcopo, & Papa dignior utroque censetur, quia hic super omnes Fideles, illi verò super aliquos duntaxat, eamque limitatam satis potestatem habent. Ex quo fundamento rectè concluditur, summam Sacerdotio præstantiam, & dignitatem inesse debere, cum triplicem potestatem nulli alteri homini, quam Sacerdotibus concessam contineat, quarum

**II.** Prima est potestas Sacrosanctum Christi Corpus Sanguinem consecrandi, atque adeò Sacrificium DEO gratissimum offerendi; ex quo quanta dignitas exurgat Sacerdotibus, vel ex eo colligere licet, quòd juxta SS. Patrum Theologorum sententiam B. Virgo ideo summam præstantiam & dignitatem hominibus dignitatem sit assecuta, quòd ad Filii DEI incarnationem assensu suo, sanguinéque subministrato fuerit